59879

Theologia

Papencordii Alberti: Quaestio theol. de processionibus divinarum personarum.

QVÆSTIO THEOLOGICA.

DE

PROCESSIONIBVS DIVINARVM PERSONARVM

A

M. ALBERTO PAPENCOVIO VSTIENSE.

S. Theol. Sententiario, & Professore, Ecclesiæ Collegiatæ, S. Floriani Canonico, Cancellario Siradiensi.

Ad primum Magistri Sententiarum, de SS. TRINITATE, Librum prælegendum, cum diuino auxilio accedente.

Publicè ad Disputandum

IN LECTORIO

DD. THEOLOGORVM, PROPOSITA.

Anno humanæ Salutis M. DC. LVIII.

Die 6. Iunij, Hora 12.

CRACOVIÆ.

In Officina Typographica, Viduæ & Hæredum Francisci Cæsarij, S. R. M. Typ.

QVÆSTIO THEOLOGICA.

Ex libro 1. Magistri Sententiarum, deprompta.

VTrum: in Diuinis, præter Filii Processionem, quæ est propriè generatio, detur Processio Spiritus Sancti, ab illa, realiter distincta, necne?

CONCLVSIO PRIMA.

In Diuinis, Processio Filij, est propriè generatio.

COROLLARIA,

I.

Genitum, cum principio generante, in Diuinis, habet maximam identitatem.

II.

Generatio viuentium, quo ad rationem specificam, non verò genericam, verificatur, de Processionibus; Diuinarum Personarum.

III.

Vocibus istis, Verbum, & Filius, eadem ratio formalis, secundæ Personæ in Diuinis significatur, diuersimodè à nobis apprehensa.

IV.

Voces istæ, Verbum, & Filius, in Diuinis, non sunt Synonimæ.

CONCLVSIO SECVNDA.

Præter Processionem Filii, in Diuinis, datur Processio Spiritus Sancti. *CO-*

COROLLARIA.

I.

In Diuinis, Spiritus Sanctus, seu Amor procedens, est æquè res, sui Principij nempè voluntatis, atque Filius, seu Verbum, est res Intellectus.

II.

In Diuinis, Amor procedit, non modo vt zelus, sed etiam, vt est simplex complacentia.

III.

Minus propriè Scotistæ dicunt, quod Amor, prout importat terminum, est ipse actus amandi, spiratus.

IV.

Spiritus Sanctus, procedit, vt Diuinæ volitionis, terminus, non autem, vt eiusdem voluntatis, Actus.

CONCLVSIO TERTIA.

Processio Spiritus Sancti, à Processione Filii, realiter distinguitur.

COROLLARIA.

I.

In Diuinis, duæ sunt tantùm Processiones, Filij, seu Verbi, & Spiritus Sancti, seu Amoris.

II.

Processio Spiritus Sancti, non est generatio, vt est Filij, tamen vtraque dicitur Relatio.

III. Si-

III.

Sicut Filius procedit à Patre, vt similis, ita Spiritus Sanctus, procedit, ab vtroque vt impulsus.

IV.

Relationes, secundum quas, Diuinæ Processiones, accipiuntur, sunt reales.

Sub Felicissimis Auspicijs,

Magnifici, & Excellentissimi Viri, Domini

D. M. FRANCISCI

ROLINSKI,

Philosophiæ & Medicinæ Doctoris ac Professoris, Consulis, & Generalis Studii Academiæ Cracouiensis

RECTORIS

Vigilantissimi.